

Propst, Dekan und Domkapitel der Brixner Kirche an NvK. Sie zeigen sich enttäuscht davon, dass NvK eine explizite Bestätigung ihrer Privilegien bislang verweigert habe. Die von NvK geleistete Unterzeichnung der von B. Georg von Stubai ausgestellten Privilegienbestätigung können sie nicht akzeptieren, da NvK sich hierin lediglich verpflichte, den Rat des Kapitels einzubolen.

Kopie (ca. 1460): BOZEN, SLA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 103<sup>v</sup>-105<sup>v</sup>.<sup>1)</sup>

Regest: Jäger, Regesten I 318 Nr. 237.

Em.: Jäger, Streit I 350 (mit Teilübersetzung).

Rev<sup>me</sup> in Christo pater et domine gracie. Post humilem recommendacionem, obedienciam et reverenciam debitas et devotas. Applicuit pridie confrater noster d. Stephanus Stainhorn<sup>2)</sup>, et inter cetera nobis exhibuit quendam cedula, in qua tenor privilegiorum capituli est descriptus, quam etiam paternitas v. rev<sup>ma</sup> subscripsit in hec verba: „hucusque contra contenta superius non recordamur venisse  
5 nec in futurum sine consilio capituli veniemus“.<sup>3)</sup>

Rev<sup>me</sup> pater, alia nobis spes fuit propter scripta p. vestre rev<sup>me</sup> ex Roma nobis desuper facta<sup>4)</sup>, et etiam quia Brixine p. vestra rev<sup>ma</sup> nobis iteratis vicibus preter articulum de testamentis eadem dare velle addixit. De ista subscripcione vestra contenti non sumus, et estimamus esse rationabile et honestum, ut paternitas v. rev<sup>ma</sup> nobis det. Satis prius scripsimus paternitati vestre rev<sup>me</sup> causas nos moventes ad petendum  
10 cum tanta instancia privilegia nostra. Eciam confrater noster d. Georius Golser ex Florenzia vice nostra scripsit<sup>5)</sup>, nec est opus ista replicare. Zelus, quem ad ecclesiam habemus et ad communem pacem conservandam, nos impellit, ymo ex debito juramenti, quo capitulo ad sua iura conservanda astringimur, facere debemus, ut ista observancia legitime introducta continuetur. Propter exorbitancias predecessorum  
15 vestrorum ad ista est devenum, uti alias scripsimus; ymo multa mala in ecclesia Brixinensi ex non observacione sunt suborta. Rogamus itaque ea humilitate, qua possumus, quatenus p. v. rev<sup>ma</sup> nobis  
adhuc litteram sigillatam privilegiorum per presentem nuntium nostrum juratum mittat. Vera non libenter nos facimus aliquam rem p<sup>ti</sup> vestre ingratam, sed in ea re condescendere et silencio transire  
nequaquam videtur pro ecclesia Brixinensi utile. Et iudicamus esse caritativum et bonum, ut clare mentem nostram p<sup>ti</sup> v. desuper scribamus. Recipiat itaque p. vestra in bonam partem scripta nostra et  
20 faciat iuxta desiderium nostrum in re tam debita, per quam omnes ecclesie Almanie in caritate et pace cum suis pontificibus vivunt. Et erimus ad obsequendum p<sup>ti</sup> vestre rev<sup>e</sup> propiores. Consideret p<sup>tas</sup> v. rev<sup>ma</sup> nos graves expensas fecisse, et non teneat animos nostros amplius suspensos.<sup>6)</sup>

Si non recordatur p<sup>tas</sup> v. rev<sup>ma</sup> contravenisse contentis in privilegiis, nos aliud sentimus, quamvis id ad presens describere et calculare non velimus. Continuo freti sumus spe, quod p<sup>tas</sup> v. privilegia nostra  
25 approbaret et concederet. Sed ista verba, quibus arbitramini nobis satisfacisse, modicum faciunt. P<sup>tas</sup> v. posset habere consilium capituli et non minus faceret id, quod vellet, ex quo tantis vicibus pulsavimus. Si nunc non assequemur intentum nostrum, certos nos reddimus, amplius nichil a p. vestra in hac re obtenturos et sic lamentari de indebita denegacione et ad alia remedia recurrere cogimur, ut ecclesiam et nos in iuribus ac pace conservemus.

30 Altissimus p. vestram rev<sup>mam</sup> conservet feliciter et votive. Ex Brixina die xviii decembris anno lix.

Per v. rev<sup>me</sup> p.

humiles et devotos  
prepositum et decanum<sup>7)</sup> et  
capitulum Brixinensem.

17 nos: *em. non.* 21 propiores: *em. proviores.* 25 satisfacisse: *folgt gestr. nec.* 29 conservemus: *em. conservimus.*

1) Der Text wird eingeleitet durch: Item capitulum Brixinense ex parte privilegiorum scripsit d. cardinali in modum sequentem et ex parte magistri Conradi Bossinger scripsit aliam litteram in modum etiam sequentem (*s.u.* Nr. 6073). Et fuerunt domino cardinali Montue ambe insimul per nuntium capituli presentate. Ex parte privilegiorum.

2) Stefan Stainhorn, Brixner Domberr. Er war zusammen mit dem Domberrn Georg Golser als Gesandter des Kapitels zu NvK nach Mantua geschickt worden; *s.o.* Nr. 6033.

3) S.a. Nr. 6066 (1459 Dezember 14).

4) S.a. Nr. 6007 (1459 September 5).

5) Dieser in Florenz abgesandte Brief des Brixner Domberrn Georg Golser wurde bereits in Nr. 5995 Z. 2f. erwähnt. Der Brief selbst ist nicht erhalten.

6) Diese aus sich selbst heraus kaum verständliche Stelle verweist auf eine zentrale Formel, die die deutschen Kurfürsten zur Legitimation ihrer Neutralitätspolitik im Streit zwischen Eugen IV. und dem Basler Konzil gebrauchten: Aufgrund der unklaren Lage seien sie von ihrer Gewissenspflicht zur Obödienz entbunden (animi suspensi). Vgl. die Frankfurter Erklärung der Kurfürsten vom 17. März 1438; ed. RTA XIII 218 Nr. 130: Quia vero inter predictum sanctissimum dominum nostrum ac sacrum Basiliense concilium, quod dolenter sustinemus, expresse vigent discordie, adversa quoque processus et mandata procedunt ab eisdem, que mentes nostras adeo perplexas reddiderunt, ut pro debito fragilitatis humane de illorum viribus habeamus merito dubitare, ... nos propter dubium probabile et ad presens indiscussibile animos nostros suspensos retinebimus ... Zu den Hintergründen s. J.W. Stieber, *Pope Eugenius IV, the Council of Basel, and the Secular and Ecclesiastical Authorities in the Empire. The Conflict over Suprem Authority and Power in the Church (Studies in the history of Christian thought 13)*, Leiden 1978, 278-302; Helmuth, *Basler Konzil* 290; Wölke, *Lodovico Pontano* 196; J. Helmuth, *The Empire and the Council*, in: M. Decaluvé u.a. (Hg.), *A Companion to the Council of Basel (Brill's companions to the Christian tradition 74)*, Leiden/Boston 2016, 410-442, hier 423, 427-438. In Verbindung mit dem kurz zuvor unterbreiteten Angebot zur willigen Gefolgschaft beinhaltet der Satz also eine verklausulierte Neutralitätserklärung des Domkapitels im Streit zwischen NvK und Hz; Sigmunds sowie die Drohung des Obödienzentszugs.

7) Jakob Lotter, *Dompropst, und Konrad Judenfraß von Matrei, Domdekan*.